eßent ſepulcra maiorum cogerentur relinquere, arma, obsides pollicebantur, posteaquam nihil impetrabant, neq; uires ad rebellandū erant, edicto paruerunt. Traducti sunt publico sumptu ad quadraginta millia liberorum capitū cum fœminis puerisq; argenti data centum & quinquaginta millia, unde in nouas ędes compararent quę opus eßent, agro diuidendo dandoq; ijdem qui traduxerant, Cornelius & Bebius prępositi postulantibus tamen ipsis quinque uiri ab senatu dati quorum ex cōsilio agerent Transacta re cum ueterem exercitum Romam deduxißent triumphus ab senatu est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt. tantum hostes ducti ante currum: quia nec quid ferretur neque quid duceretur captū, neque quid militibus daretur, quicquam in triumphis eorum fuerat Eodem anno in Hispania Fuluius Flaccus propr. quia successor in prouinciam tardius ueniebat, educto exercitu ex hibernis ulteriorem Celtiberię agrum, unde ad deditionem non uenerant instituit uastare qua re irritauit magis quam conterruit animos barbarorum: & clam comparatis copijs saltem Manlianum per quem transiturum exercitū Romanum satis sciebant, obsederunt. In Hispaniam ulteriorem euntі L. Postumio Albino collegę Gracchus mandauerat, ut Q. Fuluium certiorem faceret Tarraconem exercitum adduceret ibi dimitti ueteranos supplementumq; distribuere, & ordinare omnem exercitum sese uelle dies quoq; & ea propinqua edita Flacco est, qua successor eßet uenturus Hęc noua allata res, omißis quę agere instituerat, Flaccum raptim deducere exercitum ex Celtiberia cum coegißet: barbari cauſę ignari suā defectionem, & clam comparata arma sensiße eum & pertimuiße rati, eo ferocius saltum insederunt. Vbi eum saltum prima luce agmen Romanum intrauit repente ex duabus partibus simul exorti hostes Romanos inuaserunt. quod ubi uidit Flaccus primos tumultus in agmine per centuriones stare omneis suo quenq; loco, & arma expedire iubendo, sedauit: & sarcinis iumentisq; in unum locum coactis copias omneis partim ipse, partim per legatos tribunosq; militum ut tempus, ut locus postulabat sine ulla trepidatione instruxit cum bis deditis rem eße admonens, scelus & perfidiam ipsis non uirtutem nec animum accessiße; reditum ignobilem in patriam; clarum ac memorabilem eos sibi feciße: cruentos ex recenti cędę hostium gladios & manantia sanguine spolia, Romam ad triumphum delaturos Plura dicī tempus non patiebatur inueniebant se hostes

& in partibus extremis iam pugnabatur deinde acies concurrerunt atrox ubiq; prelium, sed uaria fortuna erat, egregie legiones, nec segnius duę alę pugnabant externa auxilia ab simili armatura meliore aliquantum militum genere urgebantur, nec locum tueri poterant. Celtiberi ubi ordinata acie & signis collatis se non esse pares legionibus senserunt cuneo impressionem fecerunt quo tantum ualent genere pugnę ut quacumq; parte perculere impetu suo sustineri nequeant: tuc quoq; turbatę legiones sunt, prope interrupta acies Quam trepidationem ubi Flaccus conspexit, equo aduehitur ad legionarios equites: & Ecquid auxilij in uobis est? actum iam de hoc exercitu erit? cum undiquę acclamassent, quin ederet quid fieri uelit, non segniter imperium executuros: Duplicate turmas inquit duarum legionum equites et permittite equos in cuneum hostium, quo nostros urgent id cū maiore ui equorum facietis; si effręnatos in eos equos immittitis quod sępe Romanos equites cū magna laude fecisse sua memorię proditum est. Dicto paruerunt detractisq; frenis bis ultro citroq; cum magna strage hostium infractis omnibus hastis transcurrerūt. Dissipato cuneo, in quo omnis spes fuerat Celtiberi trepidare, & prope omissa pugna locum fugę circumspicere. Et alarij equites, postquam Romanorum equitum tam memorabile facinus uidere, & ipsi uirtute eorum accensi, sine ullius imperio, in perturbatos iam hostes equos immittunt. Tunc uerò Celtiberi omnes in fugam effunduntur & imperator Romanus auersos hosteis contemplatus edem Fortunę equestri, Louiq; OPT. MAX. ludos uouit ędduntur Celtiberi per totum saltum dissipati fugą Decem & septem millia hostiū cęsa eo die traduntur uiui capti plus tria millia septuaginta septem cum signis militaribus equis propè mille centum nullis castris eo die uictor exercitus mansit, uictoria non sine iactura militum fuit quadringenti. LXXII. milites Romani socium ac Latini nominis mille decem et nouē cum bis tria millia militum auxiliariorum perierunt. Pr. qui biduo ante uenerat obuiam processit gratulatusq; est, quod Remp. egregie gessisset. cum summa concordia quos dimitterent quosq; retinerent milites, composuerunt Inde Fuluius exauctoratis militibus in naues impositis Romam est profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit COSS. ambo in Ligures exercitus induxerunt diuersis partibus. Postumius prima & tertia legione Balistam Suismontiumq; montem obsedit: & premendo presidijs angustos saltus eorum commeatus intercluſit, inopiaq; omnium rerum eos perdomuit Fuluius secunda & quarta legione

ita uulter zaltes rem te priored Tarracon est pduxit Veniens uio Tib. pronius

adortus a Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluuium inculebant in deditionem acceptos, ad septem millia hominum in naues impositis preter oram Hetrusci maris Neapolim transmisit, inde in Samnium traducti, agerque bis inter populares datus est Montanorum Ligurum ab A. Postumio uineę cesę frumentagę deusta donec cladib⁹ omnibus belli coacti in deditionem uenerunt, armagę tradiderunt Nauibus inde Postumius ad uisendam oram inganneorum intermediorumgę Ligurum processit. Priusquam bi COSS. uenirent, ad exercitum qui Pisas inductus erat pręerant A. Postumius & frater Q. Fuluij M. Fuluius Nobilior secundę legionis Fuluius Tr. milia erat is mensibus suis dimisit legionẽ iureiurando adactis centurionib⁹ ęs in gratium ad quęstores esse delaturos, Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Fuluio, nuntiatum est cum equitibus expeditis secutus dimissos quos eorum potuit assequi deduxit castigatos Pisas de ceteris COS. certiorem fecit eo referentę S. C. factum est ut M. Fuluius in Hispania relegaretur ultra nouam Carthaginem Litęregę ei datę sunt a COS. ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem deferendę. milites iussi adsigna redire causa ignominię uti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni decretum qui miles ad exercitum non redisset cum ipsum bonagę eius uendere COS. iussus eodem anno L. Duronius, qui pretor anno superiore ex Illirico cũ decem nauibus Brundisium redierat inde in portu relictis nauibus cum uenisset Romã inter exponendas res quas ibi gessisset, haud dubie in regem Illiriorum Gentium latrocinij omnis maritimi causam aduertit ex regno eius omnes naues esse, quę superi maris orã depopulatę essent de his rebus se legatus misisse, nec conueniendi regis potestatem factam Venerant Romam legati à Gentio, qui quo tempore Romani conueniendi regis causa uenissent agrum forte eum in ultimis partibus fuisse regni dicerent petere Gentium ab senatu, ne crederent confictis criminibus in se quę inimici detulissent, ad ea Duronius adiecit, multis ciuibus Romanis & socijs Romani Latini nominis iniurias factas in regno eius & Ciues Romanos dici Corcyrę retineri eos omneis Romam adduci placuit C. Claudium Pr. cognoscere: negę ante Gentio regi legatis ue eius responsum reddi Inter multos alios, quos pestilentia eius anni absumpsit

sacerdotes quoq; aliquot mortui sunt, L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est in eius locum suffectus est Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat: triumuir epulo Q. Fuluius M. F. in locu eius triumuir cooptatus tum prętextatus erat, de rege sacrificio sufficiendo in locum C. Cornelij Dolabellę contentio inter C. Seruilium PONT: MAX: fuit et L. Cornelium Dolabellam diumuirum naualem quem ut inauguraret pontifex magistratu sese abdicare iubeat recusatiq; id facere ob eam rem multa duumuiro dicta a pontifice. de que ea cum prouocasset certatu ad populum cum pluresq; iam tribus intro uacatę dicto esse audientem pontifici duumuiros iuberet multamq; remicti, si magistratu se abdicasset ultimum decęlo quod comitia turbaret interuenit. religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellę P. Clęlium Siculum inauguratus erat Exitu anni & C. Seruilius Geminus PONT. MAX. decessit, idem decemuir sacrorum fuit pontifex in locum eius à collegio cooptatus est Q. Fuluius Flaccus in pontificem maximu Æmilius Lepidus cum multi clari uiri petissent. & decemuir sacrorum Q. Martius Philippus in eiusdem locum est cooptatus & augur Sp. Posthumius Albinus decessit in locum eius P. Scipionem filium Africanj augures cooptarunt Cumanis eo anno petentibus permissum ut publice Latine loquerentur & pręconibus latine uendendi ius esset, Pisanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratię ab senatu aptę triumuiri creati ad eam rem. Q. Fabius Buteo, M. & P. Popilij Lenates. A C. Męnio Pr. cui Prouincia Sardinia cum euenisset additum erat, ut quęreret de ueneficijs longius ab urbe decem millibus passuum literę allatę essent iam tria millia hominum damnasse, & crescere sibi quęstionem indicijs, aut eam sibi esse defendendam, aut prouinciam dimittendam. Q. Fuluius Flaccus ex Hispania redyt Romam cum magna fama gestarum rerum qui cum extra urbem triumphi causa esset COS. est creatus cum L. Manlio Acidino & post paucos dies cum militibus quo secum deduxerat triumphans urbem est inuectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum uiginti quatuor, prętereà auri pondo triginta unum, & signati obscensis nummùm centum septuaginta tria M. Ducentos. militibus de preda quinquagenos denarios dedit duplex Centurionibus triplex equiti: tantundem socijs Latini nominis & stipendium omnibus duplex. Eo anno rogatio primum lata est ab L. Iulio Tr. pl. quot annos nati quemq; magistratum peterent caperentq;

inde cognomen familię inditum
ut annales appellarentur. Prr.
quatuor post multos annos lege
Bebia creati, qui alternis quater-
nos iubebat creari. Hi facti .C.
Cornelius Scipio, L. Valerius
Leuinus, Q. & M. Mutij Scę-
uolę Q. Fuluio, & L. Manlio
COSS. eadem prouincia, quę su-
perioribus pari numero copię pe-
ditum, equitum, ciuium, socioru
decretę In Hispanijs duabus Tib.
Sempronio & L. Posthumio cũ
ijsdem exercitibus, quos haberent
prorogatum imperium est & in
supplementum COSS. scribere
iussi ad tria millia peditum Ro-
manorum .CCC. equites quing
millia sociorum Latini nominis
& quadringentos equites P. Mu-
tius Scęuola urbanam sortitus
prouinciam est & ut idem quę-
reret de ueneficijs in urbe, &
propius urbem decem millia pas-
suum C. Cornelius Scipio pe-
regrinam Q. Mutius Scęuola
Siciliam, L. Valerius Leuinus
Sardiniam Q. Fulius COS.
priusquam ullam rem publicam
ageret liberare et se, & Remp.
religione uotis soluendis dixit
uelle, uouisse se quo die postre-
mum cum Celtiberis pugnas-
set ludos Ioui .OPT.MAX:
& ędem equestri Fortunę sese
facturum; in eas res sibi pecuni-
am collatam esse ab Hispanis
Ludi decreti. & ut duumuiri
ad ędem locandam crearentur
de pecunia finitur, ne maior causa
ludorum consumeretur quàm
quantam Fuluio Nobiliori post
Ætolicum bellum ludos faciendi
decreta esset, neue quid ad eos
ludos arcesseret, cogeret, accipe-
ret, faceret. aduersus id .S.C.
quod L. Æmilio C. Bebio
COSS. de ludis factum esset
Decreuerat id senatus propter
effusos sumptus factos in ludos
T. Semproni ędilis, qui graues
non modo Italię ac socijs La-
tini nominis, sed etiam prouin-
cijs externis fuerant. Hyems eo
anno niue seua & omni tem-
pestatu genere fuit, arbores
quę obnoxię frigoribus sunt
deusit cunctas & ea tum ali-
quanto quam aliàs longior fuit
itaq; latinas mox subito coorta
& intollerabilis tempestas in mo-
te turbauit: instauratęq; sunt ex
decreto pontificum. Eadem tem-
pestas & in Capitolio aliquot
signa constrauit, fulminibusq;
complura loca deformauit, ędem
Iouis Terracinę, ędem albam
Capuę portamq; Romanam mu-
ri pinnas aliquot locis decussit
Hęc inter prodigia nuntiatum
& ab Reate, tripedem natum mu-
lum Ob eam decem uiri iussi
adire libros edidere quibus dijs
& quot hostijs sacrificaretur
& ob fulminibus complura loca
deformata ad ędem Iouis ut
supplicatio diem unum esset Lu-
di deinde uotiui. Q. Fuluij COS.
per dies decem magno apparatu
facti Censorum inde comitia

habita. creati M. Æmiliuſ Lepiduſ PONT. MAX: & M. Fuluiuſ Nobilior qui ex Ætolis triumphauerat. Inter hos uiros nobileſ inimicitię erant, ſępe multiſ & in ſenatu, & ad populum atrocibuſ celebratę certaminibus comitijs confectis, ut traditum antiquituſ eſt, cenſoreſ in campo ad aram Martiſ ſellis curulibuſ conſederunt quò repente principes ſenatorum cum agmine uenerũt Ciuitatis inter quos Q. Cęcilius Metelluſ uerba fecit. Non obliti ſumuſ cenſores uoſ paulò ãte ab uniuerſo P. R. moribuſ noſtris prępositoſ eße: & noſa nobis debere indicandum tamen eſt qd omneis bonos in uobiſ aut offendat aut certe mutatum malint Singulos cum intuemur M. Æmily, M. Fului: neminem hodie in ciuitate habemuſ, quem ſi reuocemur in ſuffragium, uelimuſ uobis prętatum eße. ambo cum simul aſpicimuſ, non poßumuſ nõ uereri ne male comparati ſitis nec tantum Reip. proſit quod omnibuſ nobis egregie placetis quàm quòd alter alteri diſplicetis, noceat Inimicitias per annos multoſ uobisipſis graues et atroces geretis: quę periculum eſt ne ex hac die nobis & Reip. quàm uobis grauiores fiant. De quibuſ cauſis hoc timeamuſ, multi ſuccurrunt quę dicerentur niſi forte implacabiles fueritis, implicauerit animos ueſtros Has ut hodie ut in iſto templo finiatiſ ſimultateſ, quę ſumuſ uoſ uniuerſi, & quos coniunxit ſuffragijs ſuis P. R. hac etiã reconciliatione gratię coniungi a nobis ſinatis, uno animo, uno conſilio, legatis ſenatum, equites recenſeatiſ agatiſ cenſum, luſtrum condatiſ, quod omnibuſ fere precationibuſ nuncupabitis uerbis, ut ea reſ mibi collegęq; meo bene & feliciter eueniat: ita ut uere, ut ex animo uelitis euenire, efficiatisq; ut quod deoſ precati eritiſ, id uos uelle etiam homines credamus. T. Tatius & Romulus in cuiuſ urbis medio foro acie hoſtes concurrerant ibi concordeſ regnarunt Non modo ſimultateſ, ſed bella quoq; finiuntur. ex infeſtis hoſtib⁹ plerumq; ſocij fideles interdum etiam ciues fiunt Albani diruta Alba Romam traducti ſunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti Vulgatum illud quia uerum erat in prouerbium uenit, Amicitias immortaleis, inimicitias mortaleis debere eße. Fremitus ortus cum aßenſu deinde uniuerſorum uoces idem petentium confuſę in unũ orationẽ interpellarunt. Inde Æmilius queſtus cum alia, tum bis a M. Fuluio ſe certo conſulatu deiectam; Fuluius contra queri ſe ab eo ſemper laceßitum & in probrum ſuum ſponſionem factam tamen ambo ſignificare, ſi alter uellet ſe in poteſtate tot principum ciuitatiſ futuroſ. Omnibuſ inſtantibuſ qui aderant dexteras

^ et admoneri ut regi non uos ^

fidemqꝫ dedere, mittere uere ac finire odium deinde collaudantibus cunctis deducti sunt in Capitolium & curę super tali re principium, & facilitas censorum egregiè comprobata ab senatu, & laudata est. Censoribus deinde postulantibus, ut pecunię summa sibi, qua in opera publica utere-tur, attribueretur: uectigal annuum decretum est. Eodem año in Hispania L. Postumius & Tib: Sempronius proprr. comparauerunt ita inter se, ut in uacceos per Lusitaniam iret Albinus inde in Celtiberiam reuerteretur. Gracchus quod maius ibi bellum esset in ultima Celtiberię penetrauit. Mundam urbem primum ui cępit, nocte ex improuiso aggressus. acceptis deinde obsidibus, prędioqꝫ imposito. castella oppugnare, agros urere donec ad prędualidam aliam urbem (certimam appellant Celtiberi) peruenit ubi cum iam opa admoueret. ueniunt legati ex oppido quorum sermo antiquę simplicitatis fuit non dissimulantiũ bellaturos, si uires essent petierũt enim ut sibi in castra Celtiberorum ire liceret ad auxilia accipienda. si non impetrassent tũ separatim eos ab illis se consulturos. Permittente Gracchо ierunt & post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt Meridianum tempus erat nihil priuś petierunt à Pr. quam ut bibere sibi iuberet dari. epotis primis poculis iterum poposcerunt, magno risũ circunstantium in tam rudibus & moris omnis ignaris ingenijs tum maximus natu ex ijs, Missi sumus, inquit à gente nostra qui sciscitaremur qua tandem refretus arma nobis inferres? Ad hanc percunctationem Gracchus exercitu se egregio fidentem uenisse respondit quem si ipsi uisere uelint quo certiora ad suos referant potestatem se eis facturum esse tribunisqꝫ mil: imperat, ut ornati omneis copias peditum, equitumqꝫ, & decurrere iubeant armatas. Ab hoc spectaculo legati missi deterruerunt suos ab auxilio circunsessę urbi ferendo. Oppidani cum ignes nocte turribus ne quicquam (quod signum conuenerat) sustulissent: destituti ab unica spe auxilij in deditionẽ uenerunt sestertium nummũm quater & uicies ab ijs est exactũ quadraginta nobilissimi equites nec obsidum nomine (nam militare iussi sunt) & tamen re ipsa ut pignus fidei essent. Inde iam duxit ad Alcem urbem, ubi castra Celtiberorum erant à quibus uenerant nuper legati eos cum per aliquot dies armaturam leuem immittendo in stationes lacessisset paruis prędijs indies maiora certamina serebat ut omnes extra munitiones eliceret. Vbi quod petebatur sensit

effectum auxiliorum prefectis imperat, ut contracto certamine tanquam multitudine superarentur, repente tergis datis ad castra effuse fugerent; ipse intra uallum ad omneis portas instruxit copias. Haud multum temporis interceßit cũ ex composito refugientium suorum agmen, post effuse sequentes barbaros conspexit. instructam ad hoc ipsum intra uallum habebat aciem, itaq; tantum moratus, ut suos refugere in castra libero introitu sineret: clamore sublato simul omnibus portis erupit. Nõ sustinuere impetum nec opinatũ hostes, qui ad castra oppugnanda uenerant ne sua quidem tueri potuerunt nam ex templo fusi, fugati mox intra uallum pauentes compulsi, postremo exuuntur castris. Eo die nouem milia hostium cęsa capti uiui trecenti uiginti equi centum duodecim signa militaria triginta septem de exercitu Romano centum nouẽ ceciderunt. Ab hoc prelio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones & cum ferret passim cuncta atq; ageret populiq; alij uoluntate, alij metu iugum acciperent: CIII. oppida intra paucos dies in deditionem accepit preda potitus ingẽti est. Conuertit inde agmen retrò, unde uenerat ad Alcen, atq; eam urbem oppugnare instituit. Oppidani primum impetum hostium sustinuerunt deinde cum iam non armis modo, sed etiam operibus oppugnarentur: diffisi presidio urbis in arcem uniuersi conceßerunt postremo et inde premißis oratoribus, in ditionem se suaq; omnia Romanis permiserũt. Magna inde pręda facta est multi captiui nobiles in potestatem uenerunt inter quos & Tiburi filij duo, & filia. Regulus hic earũ gentium erat, longo potentißimus omnium Hispanorum. Audita suorum clade, mißis qui fidem uenienti in castra ad Gracchum peterent, uenit, et primum quęsiuit ab eo ne sibi liceret ac suis uiuere? cum pretor uictori respondißet, quęsiuit iterum, si cum Romanis militare liceret? id quoq; Graccho permittente, sequar, inquit, uos aduersus ueteres socios meos, quoniam illos ad me propiunt suspicere. Secutus est inde Romanos, fortiq; ac fideli opera multis locis rẽ Romanam adiuuit. Ergauia inde nobilis et potens ciuitas aliorum circa populorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam autores sunt, è qua regione abduxißet legiones, extemplo inde rebellatum; magnoq; eum postea prelio ad montem Chaunũ cum Celtiberis à prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnaße; multos utrinq; ceciderße, nec aliud magnopere uictores fuiße Romanos nisi quod postero die manentes intra uallũ prelio lacessierint: spolia per totum diem legiße tertio die prelio maiore iterum pugnatũ & tum demũ haud dubie uictos

Celtiberos castraq; eorum capta & direpta esse uiginti duo millia hostium eo die esse cesa: plus trecentos captos: parem ferè equorum numerum & signa militaria septuaginta duo; inde debellatum, ueramq; pacem nō fluxa ut ante fide Celtiberos fuisse Eadem estate & L. Postbumium in Hispaniam ulteriorē bis cum Vacceis egregie pugnasse scribunt, ad triginta & quinque millia hostium occidisse & castra oppugnasse. Propius uero esse, serius in prouinciam peruenisse, quam ut ea estate potuerit res gerere. Censores fideli concordia senatum legerunt princeps electus est ipse censor. M. Æmilius Lepidus PONT. MAX: tres electi de senatu retinuit quosdam Lepidus a collega preteritos, Opera ex pecunia attributa diuisaq; inter se, hec confecerunt Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quod predia habebat ibi priuatamq; publice rei impensam insuerat. Theatrum & proscenium ab Appollinis edem Iouis in Capitolio, columnasq; circà poliendas albo locauit & ab his columnis, que in commode opposita uidebantur signa amouit: clypeaque de columnis, et signa militaria affixa omnis generis dempsit M. Fuluius plura, & maioris locauit usus portum & pilas potis in Tyberim, quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius censores locauerunt imponendos: basilicam post argentarias nouas & forum piscatorium circundatis tabernis, quas uendidit in priuatum & forum et porticum extra portam Trigeminam, & aliam post natalia & ad fanum Herculis & post spei ad Tiberim edem Appollinis Medici habuere et in promiscuo pretores pecuniam ex ea cōmuniter locarunt aquas adducendam fornicesq; faciendos impedimento operi fuit. M. Licinius Crassus qui per fundū suum duci non est passus Portiora quoq; & uectigalia ijdē multa instituerunt. complura sacella publicaq; occupata a priuatis publicaq; sacra ut paterent essentq; populo curarunt mutarunt suffragia regionatimq; generibus hominum causisq; & questibus tribus descripserunt Et alter ex censoribus M. Æmilius petijt ab senatu, ut sibi dedicationis templorum Reginę Iunonis et Dianę; quę bello Ligustino ante annis octo uouisset pecunia ad ludos decerneretur, uiginti millia eris decreuerunt. Dedicauit eas edes utranq; in circo Flaminio ludosq; scenicos triduum post dedicationem templi Iunonis, biduum post Dianę & singulos dies fecit in circo Idem dedicauit edem Larium permarinum in campo uouerat eam annis quadraginta ante L. Æmilius Regillus, nauali prelio aduersus

prefectos regis Antiochi supra ualuas templi tabula cum titulo hoc fixa est, Duello magno regibus dirimendo caput subigendis patrandę pacis hec pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilij filio, auspicio, imperio, felicitate ductuq; eius inter Ephesum Camuchunq; inspectante COS. ipso Antiocho exercitu omni, equitatu elephantisq; classis regis Antiochi antea sic uicta, fusa, contusa, fugataq; est ibiq; eo die naues longę cū omnibus sociis captę sexaginta duę ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumq; eius rei ergò ędem Laribus permarinis uouit Eodem exemplo tabula in ęde Iouis in Capitolio supra ualuas fixa est Biduo quo senatū legerunt censores Qu. Fuluius COS. profectus in Ligures per inuios montes uallesq; saltus cū exercitu transgressus, signis collatis cum hoste pugnauit neq; tantum acie uicit sed castra quoq; eodem die cępit Tria millia ducenti hostium omnisq; ea regio Ligurum in deditionem uenit COS. deditos in campestreis agros deduxit presidiaq; montibus imposuit Celeriter ex ex prouincia litere Romam uenerunt supplicationes ob eas res gestas in triduum decrete sunt Prr. quadraginta hostijs maioribus per supplicationes rem diuinam fecerunt Ab altero COS. L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus est gestum Galli Transalpini tria millia hominum in Italiam transgressi, neminem bello lacessentes, agrum à COS. & senatu petebant: ut pacati sub imperio P. R. essent Eos senatus excedere Italia iussit: & COS. Q. Fuluium querere & animaduertere in eos, qui principes & autores transcendendi Alpes fuissent. Eodem anno Philippus rex Macedonum senio et mœrore consumptus post mortē filij decessit Demetriade hybernabat, cum desiderio anxius filij; tum pœnitentia crudelitatis sue quę stimulabat animum et alter filius haud dubie et sua & aliorum opinione rex, conuersiq; in eum omnium oculj & destituta senectus: alijs expectantibus suam mortem alijs ne expectantibus quidem quo magis angebatur & cum eo Antigonus Echecratis filius nomen patrui Antigoni ferens, qui tutor Philippi fuerat regię uir maiestatis, nobili etiam pugna aduersus Cleomenem Lacedemonium clarus Tutorem eum Greci, ut cognomine a ceteris regibus distinguerent appellarunt. Huius fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanserat: eiq; ea fides nequaquam amicum Persea inimicissimum fecerat is prospiciens animo quanto cū periculo

ſuq hereditaſ regni uentura eßet
ad Perſea, ut primum labare a-
nimum regiſ & ingemiſcere in-
terdum filij deſiderio ſenſit nūc
prębendo aureiſ, nunc laceßędo
etiam mentionem rei temere a-
ctę, ſępe querenti querens &
ipſe aderat & cum multa ad-
ſoleat ueritaſ prębere ueſtigia
ſui omni ope adiuuabat, quo
maturiuſ omnia emanarent. Su-
ſpecti & miniſtri facinoris Ap-
pelleſ maxime & Philocles
erant qui Romam legati fuerāt
literaſq exitiales Demetrio ſub
nomine Flaminini attulerant fal-
ſas eße & a ſcriba uitiataſ ſi-
gnumq adulterinum, uulgo in
regia fremebant Ceterum cum
ſuſpecta magiſ, quam manifeſta
eßet rex, forte Xychuſ obui-
uſ fit Antigono, comprehenſuſq
ab eo in regiam eſt perductus
relicto eo cuſtodibuſ, Antigonuſ
ad Philippum procęßit. Multis
inquit, ſermonibuſ intellexiße
uideor, magno te eſtimaturum
ſi ſcire uera omnia poßis de fi-
lijs tuiſ, uter ab utro petituſ fra-
ude & inſidijs eßet homo unuſ
omnium qui nodum huiuſ er-
roriſ exoluere poßit, in poteſta-
te tua eſt Xychuſ forte uoca-
tum perductumq in regiam uo-
cari iuberet. Adductuſ primo
ita negare incoſtanter, ut paruo
metu admoto paratum indicem
eße appareret, conſpectum tor-
toris uerberumq non ſuſtinuit
ordinemq omnem ſceleris lega-
torum miniſterijq ſui expoſuit
Ex templo miſßi qui legatoſ co-
prehenderent: Philoclem, qui
prędenſ erat oppreßerunt Ap-
pelleſ miſßuſ ad Chęream que-
dam perſequendum indicio Xy-
chi audito in Italiam traiecit
De Philocle nihil certi uulgatū
eſt; alij primo audaciter negan-
tem poſtquam in conſpectum
adductuſ ſit Xychuſ non
ultra tendiße: alij tormenta
etiam inficiantem perpeßū af-
firmāt. Philippo redintegratus
eſt luctuſ, geminatuſq & infe-
licitatem ſuam in liberiſ grauiore
quod alter perißet cenſebat. Per-
ſeuſ certior factuſ omnia deteſta
eße; potentior quidem erat, quā
ut fugam neceßariam duceret
tantum ut procul abeßet cura-
bat, interim uelut ab incendio
flagrantis irę dum Philippuſ
uiueret ſe defenſuruſ qui ſpepo-
tiundi ad pęnam corporiſ eius
amiſſa, quod reliquum erat; id
ſtudere: ne ſuper impunitatem
etiam prędio ſceleriſ freueretur
Antigonum igitur appellat, cui
& palam facti parricidij gra-
tia obnoxiuſ erat, negq puden-
dum aut penitendum eum re-
gem Macedonibuſ propter recē-
tem patrui Antigoni gloriam
fore cenſebat, Quando in eam
fortunam ueni, inquit, Antigo-
ne, ut orbitaſ mihi, quam alij
deteſtantur parenteſ, optabilis
eße debeat regnum quod à
patruo tuo forti non ſolum

fideli tutela eius custoditum et auctuum etiam accepi: id tibi tradere in animo est Te unus habeo, quem dignum regno iudicem si neminem haberem perire & extingui id mallem quam Perseo sceleste fraudis premium esse Demetrium excitatum ab inferis restitumque credam mihi, si te qui morti innocentis qui meo infelici errori unus inlacrimasti, in locum eius substitutum relinqua Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit. cum in Thracia Perseus abesset circumire Macedonię urbes principibusq; Antigonus commendare & si uita longior suppetisset, haud dubium fuit quin eum in possessione regni relicturus fuerit. Ab Demetriade profectus Thessalonicę plurimum temporis moratus fuerat inde cū Amphipolin uenisset, graui morbo est implicitus. Sed animo tamen egrum magis fuisse, quam corpore constat curisq; et uigiliis, cum identidem species et umbrę insontis interempti filij eum diris agitarent, extinctum esse cum execrationibus alterius admoneri tamen potuisset Antigonus si haud statim palam facta esset mors regis. Medicus Calligines, qui curationi pręerat non expectata morte regis a primis desperationis notis nuntios prędispositos, ita ut conuenerat misit ad Perseum & mortem Regis in aductu eius omnes, qui extra regiam erant celauit Oppressit igitur nec opinantes ignaros q; omnes Perseus & regnum scelere partum inuasit Per opportuna mors Philippi fuit ad dilationem, & ad uires bello contrahendas, nam post paucis diebus gens Bastarnarum diu sollicitata ab suis sedibus magna peditum equitumq; manu Istrum traiecit. inde pręgressi qui nuntiarent regi Antigonus & Cotto nobilis erat Bastarna, de ea re Antigonus sepe inuitus cū ipso Cottone legatus ad concitandos Bastarnas missus, haud procul Amphipoli fame incerti nuntij occurrerunt mortuum esse regem, quę rem omnem ordinem consilij turbauit Compositum autem sic fuerat transitum per Thraciam tutum, et commeatus Bastarnis ut Philippus prestaret. id ut facere posset, regionum principes donis coluerat, fide sua obligata pacato agmine transituros Bastarnas. Dardanorum gentem delere propositum erat ingę eorum agro sedes dare Bastarnis duplex inde erat commodum futurū si et Dardani, gens semper infestissima Macedonię tem-

poribusq; iniquis regum imminens tolleretur: & Bastarne relictis in Dardania conjugibus liberisq;, ad populandam Italiam possent mitti per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum Italiamq;, alia uia traduci exercitum non posse facile Bastarnis Scordiscos iter daturos nec enim aut lingua aut moribus equales abhorrere & ipsos adiuncturos se cum ad predam opulentissimę gentis ire uidissent. Inde in omnem euentum consilia commodabantur. siniq; cęsi ab Romanis forent Bastarnę Dardanos tamen sublatos predamq; ex reliquijs Bastarnarum & possessionem liberam Dardanię solatio fore, sine prospere egressis Romanis aduersis in Bastarnarum bellū recuperaturū se in Grecia quę amisissent Hęc Philippi consilia fuerant Ingressi sunt pacato agmine fide Cottonis & Antigoni sed haud multo post famam mortis Philippi, neq; Thraces commercio faciles erant neq; Bastarnę empto contenti esse poterant aut in agmine contineri ne decederent uia Inde iniurię ultro citroq; fieri quarum in dies incremento bellum exarsit. Postremo Thraces, cum uim ac multitudinem sustinere hostium non possent, relictis campestribus uicis in montem ingentis altitudinis (Donuncant uocat) concesserunt Quo ubi irent Bastarnę uellent quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse talis tum Bastarnas ne quicquam ad iuga montium approprinquantes oppressit Neque enim imbre tantū effuso dem creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore cęli tornitribusq; & fulguribus prestringentibus aciem oculorum: sed fulmina etiam sic undiq; micabant, ut peti uiderentur corpora nec solum milites sed etiam principes isti caderent itaq; cum precipiti fuga per rupes prealtas in prouidi sternerentur ruere[tq;] instabant quidem perculsis Thraces sed ipsi deos autores fugę esse celumq; inseruere aiebant Dissipati procella cum tanquam ex naufragio plerisq; semiermes in castra unde profecti erant, redissent; consultari quid ageret ceptum, inde orta dissensio aliis redeundū, aliis penetrandum in Dardaniam censentibus Triginta ferme millia hominum (Clondico duce profecti erant) peruenerunt cętera moltitudo retro quà

uenerat trasdanubianam regi-
onem repetyt. Perseus ponti⁹
regno interfici Antigonum ius-
sit & dum firmaret res, lega-
tos Romam ad amicitiam pa-
ternam renouandam petendũq;
ut rex ab senatu appellaretur
misit, Hęc eo anno in Mace-
donia gesta. Alter consulum
Qu. Fuluius ex Liguribus
triumphauit quem trium-
phum magis gratię quam
rerum gestarum magnitu-
dini datum constabat. Ar-
morum hostium magnam
uim transtulit nullam pe-
cuniam admodum diuisit
tamen in singulos milites
tricenos eris duplex centu-
rionibus, triplex equiti. Ni-
hil in eo triumpho magis in-
signe fuit, quam quod for-
te euenit ut eodem die tri-
umpharet, quo priore ãno
ex prętura triumphaue-
rat. Secundum triumn--
phum comitia edixit qui-
bus creati COSS. sunt
M. Iunius Brutus A. Ma-
nlius Volso Prętorum
inde tribus creatis, comitia
tempestas diremit. postero
die reliqui tres facti, ante
diem quartum Idus Mar-
tias, M. Titinius Cu--
rulis, T. Claudius Nero
T. Fonteius Capito Ludi
Romani instaurati ab ędili-
bus curulibus, Cn. Seruil-
lio Cepione Ap. Claudio
Centone, propter prodigia
quę euenerant Terra mouit
in foris publicis, ubi lectisternium
erat, deorum capita
quę in lectis erant, auerterũt
se lanaq; cum integumentis
quę Ioui opposita fuit, de-
cidit de mensa oleas quoq;
prægustasse mures in prodi-
gium uersum est. Ad ea ex-
pianda nihil ultra quam
ut ludi instaurarentur
actum est.

FINIS.

Capitulū primū inquo continetur phe-
mū. cause belli contra philippū. Tumul
tus in gallia cisalpina gesta rome sup ap
paratū bellorū. Sequūtur.

Cap^m. ij. inq^o gr̄m. tps belli gesti aī philip
pi. et sacrificia fcā in initio belli. creatio q
sulū. duuslo punicaq. apparatꝰ et festi
nato q̄sulis ad bellū. Anno.

Cap^m. iij. inquo gr̄m. gesta in gallia. et
minuī placēte. et gesta rome. Varia pu
gna. et expiatio ipōꝝ. q̄rele et sanctificatio
creditorū reip. Omnium.

Cap^m. iiij. inquo gr̄m. p̄fecto Sulpitij cō
sulis in macedoniā. cā belli int̄ phīm et
thenienses. gesta in cōsilio atheniēsiū et
gesta in achaia. Obsidio et expugnatio abi
dos cuncta. Tū publius

Cap^m. v. inquo gr̄m. gesta in africa. gesta
rome. et gesta in gallia p romanos et gal
los apud cremonā. Victoria romanoꝝ de
amilcare duce gallorū. Int̄ hec legatis.

Cap^m. vi. inq^o gr̄. aduentꝰ Sulpitij os. īgre
diā. Expugnatio Caladij. Oppugnatio atenarū.
Cōsulatus alterius. Liberatio obsidionis
atheniensiū. Reditus phī in macedoniam.
Comsulatus.

Cap^m. vij. inquo gr̄. gesta cōsulis mesalinj et
gesta legatio in macedonia. reintegratio belli
p phīm. ord̄ legatoꝝ macedonū. ord̄ legatoꝝ
atheniēsiū. ord̄ legatoꝝ romanoꝝ. et callidi cō
silium p̄toris etholoꝝ. Consul Sulpitius.

Cap^m. viij. inquo gr̄. pugne int̄ phīm et ro
manos. et victoria. fuga macedo
nū ad castra et callidita phī. hec īsilio.

Cap^m. ix. inq^o gr̄. victoria romanoꝝ. fuga
phī. fidelitas rhodā p̄ua. p̄secutio rōano
rū. expugnatio saltus arduinee. reditus
cōsulis in apolloniā. Versaq; monito.

Cap^m. x. inq^o gr̄. gesta in macedonia p ama
nandrū et etholos. resistentia phī. Oppu
gnatio et expugnatio Orei et Larise cui
tanis et finis rebꝰ gestis illo ānop Sulpi
tiū. Hec alisse.

Cap^m. xi. inquo gr̄. gesta in gallia cisalpina
Altercatio senatus de tribuno p̄toris. gesta
in hispania et gesta rome. Cōsul alter.

Liber ij.

Cap^m. i. inquo gr̄. gesta rome et p̄digia pu
blio tributi carthaginēsiū. p̄fectio julij cō
sulis in macedoniā. gesta adtaurisciū in
Caonia. Consules plures q̄.

Cap^m. ij. inquo gr̄. gesta rome et gesta in
gallia. altercatio rome sup electiōe. lega
tio dertalij ad senatū et oīo legatoꝝ pro
fecto cuīusq; q̄sulis in greciā et gesta ibidē
Dum hec.

Cap^m. iij. inquo gr̄. colloquiū phī regis cū
q̄sule. apparatꝰ utriusq; ad pugnā. et pug
ipōrū p̄ma. et gesta in thessalia. Iniuspex data.

Cap^m. iij. inquo gr̄. gesta naupalia apud
Eretriā et caristion et expugnatio alipho
dino. gesta in fonde. Subinde feie.

Cap^m. v. inquo gr̄. gesta in galio acheoꝝ
ubi ponitur magna examinatio quibꝰ pri
confederari debeant. super quibꝰ ponitur
elegantissima oratio aristeni p̄toris ach
orū. Erat autē.

Cap^m. vi. inquo gr̄. oppugnatio charitij.
Oppugnatio et et expugnatio Elatie. mī
tio de exercitu in cisalpina gallia contra
placentinos et cremonēses. et tumultus
reditio plebis rome. Interim tres.

Cap^m. vij. īquo gr̄. gesta rome. prorogatio
imperij. Q. cōsulis. p̄digia rome. gesta in
gallia p cōsules contra boios. insubres. et
nomanos et ligures. stuates. et de his oīb
victoria. Eodē anno.

Cap^m. viij. inquo gr̄. sm colloquū phī re
gis et Quintij cōsulis prima et pa die. in
quo collogio ponitur alba utrusq; et alba
alexandri p̄cipis etholoꝝ. Hiemps ibi eo.

Cap^m. ix. inq^o gr̄. gesta rome cū legatis
greciorū. gesta in grecia p̄ter ac cōsules
tyrannica fuitia nabidis contra argiuos
et cōsulis cū nabide. Vt uetus roma ō.

Liber tertius.

Cap^m. i. inq^o gr̄. gesta rome sup lege oppia
et altercatio in senatu de ipa lege. Elegia oīo
Catonis p lege. et oīo valerij tribuni p
lege et abrogatio legis. Inter bellos.

Cap^m. v. inquo gr̃. gesta rome hispania decreta provincia. d). Portio catoni. ptẽcto ipius inprovinciã. et gesta peũ contra Epirotas nos turdulos et alios de provincia.

d). Marcus portius.

Cap^m. vi. inquo gr̃. gesta in gallia cisalpina p valeriũ flaccũ. gesta in greta p. C. flaminiũ. cõsulũ gtoriũ cũ consille. Inde ceminir bellũ contra nabidẽ regẽ lacedemoñ.

Eadem estate.

Cap^m. vii. inquo tinc. recepto trariũ maritima, in greca. gesta in lacedemonia. collo quiũ Q. Consulis sup pacẽ. oro utriusq; et condicione pacis. Eodẽ tpr̃e.

Cap^m. viii. inquo gr̃. asternato pacis i lacedemonia. oppugniano et expugniano ipius. libertas data argiuis. Jn dino belli parthani gesta rome et reĩtegniano pacis cũ habide.

hec cum hispania.

Cap^m. ix. inquo gr̃. gesta in gallia p valeriũ et inbois p sempniũ. truũfus catonis de hispanis. gesta in greca p. C. flaminiũ in recessu (reditus et triũfus eius

In gallia. L. Valerii.

Cap^m. x. inquo gr̃. gesta rome et pdigia sortino piuna a rebel ligurũ et boioruz legatio anthioci regis ad romanos. ysultano et colloquiũ cũ legatis diffinito et origo belli cũ anthioco. Exitu ãni.

Cap^m. xi. inquo gr̃. gesta africa sup apparatione belli cũ anthioco. legatio masinisse regis ad romanos et gesta rome cũ ipis.

Virdũ hipfecti. Liber quint⁹.

Cap^m. i. inquo gr̃. gesta in hispania p scipionẽ apud luxianos gesta rome bellũ cũ ligurib⁹ boys et gallis cisalpinis gestũ per ginucũ scipionẽ merula. principio ãni.

Cap^m. ii. inquo gr̃. gesta in hispania lustri conditũ et gensis eiusdẽ prodigia et inundatio. ambitiosa concertatio de senatu gesta liguria inter q̃storẽ mho de inimicis.

hec in ytalia.

Cap^m. iii. inquo gr̃. gesta in greca cõcitatõ Belle tolox contra romanos ad qd̃ minerat anthiocũ et phim reges et nabiz tyrannũ.

Sed nequ.

Cap^m. iiii. inquo gr̃. aduentus anthiocẽsis legatio romanox ad anthiocũ et collegũ scipionis et hãnibalis. cõsulatus joci sup assũptionẽ belli syrpino anthioci cõtra hãnibalem et recõciliano eius. anthiocus rex.

Cap^m. v. inquo gr̃. nũtiata pdigia et plibus locis et hec acte supplicatiões gesta rome gesta in sicilia. gesta in gallia. gesta in hispania. et ambino de cõsulatu. Rome ertimabat

Cap^m. vi. inquo gr̃. gesta in greca p nabidẽ tyrannũ lacedemonioz et philopomenẽ dñe mirabilẽ atheoriũ. de quo hec cõtinẽtur mirabiles laudes et gesta (et tandẽ ei) mors ria de hostib⁹. Et populus.

Cap^m. vii. inquo gr̃. legatio romanoz in gr̃ciam et gesta ipsoz apud plures ipios gr̃ie et deliberatio etholorũ. et de bello adq̃m ciuitate anthiocũ. diuinat atheos.

Cap^m. viii. inquo gr̃. magna pestilitio etholorũ. Mors nabis tyrãni. et mors alexmenis alterius tirãni. et sedatio lacedemoniorũ et acheoz opere philopomenis. Lacedemonij

Cap^m. viiii. inquo gr̃. gesta rome pfecto anthioci in gr̃ciã. cõsolatio ipius cũ etholis et cõsultatio eorũ inquio inquam po. oro anthioci. Oratio phanie et oro doatis. absulere.

Cap^m. x. inquo gr̃. insulta anthioci et etholoz in caradienses contaminatio ipsoz in plos greue. cõcilium in greca inquo ponũtur oro nes diuersorũ legatoz. et de mũ responso quid legati romanoz. Ex posteo die.

Liber sextus.

Cap^m. i. inq^o gr̃. gesta rome sup de exordio bello q̃ anthiocũ. pfecto atilij gsulis in greciã. subiugatio anthioci. assirat⁹ et aduers⁹ in greciã ad thebas. Cornelium scipionẽ.

Cap^m. ii. inquo gr̃. gsultatio anthioci sup assũptionẽ belli gsilui hãnibalis de bello ãtiochi oronẽ. Obsignato et dedito herorie. de dicto scotti. et captio a medionis p fraudẽ. Hec

Cap^m. iii. inquo gr̃. gesta in tessalia p phim regẽ ad romanos. Aduent⁹ atilij cõsulis in greciã. et gesta ibidẽ. descripto thermopilarũ cũ descriptiõe tocius gr̃cie et q̃ sic ño

conaur termophile. Subidē tēpus.

Capm vij. inqo gr̃. exordiū pugne īt an
thiocū et athilū cōsulē Oranoipiaca-
lij fuga anthiochi. et pseano cōsulis et
gesta ipius in bœtia. haud quaq̃.

Capm. v. inquo gr̃. bellū nauale. redit an
thiochi in asiā. gesta gsulis in eubœa. ge
sta rome. et gesta in eubœa. et demū oppu
gnano tradee. et dedinolanis. Peosdē di.

Capm. vi. inquo gr̃. gesta anthion cū legans
etholoꝝ gesta legatoꝝ etholoꝝ cū gsule
fecto cōsulis ad nupatū et obsidio eiꝰ. Oppu
gnano ayesanie et cōcertatō de insula ja
anthio. Pacis deinde.

Capm. vij. inquo gr̃. pfecto philippi ad de
metrid̃ et uolūtaria dedītio eiusū gesta
in obsidione naupan. gesta in galio aca
eo. gesta rome et prodigia. Pidē tps.

Capm. viij. inqo gr̃. gesta in gallia cisalpi
na gesta rome et alticano de tūto Sapios.
Subidem.

Capm viij. inquo gr̃. gesta anthion īasia
cōsiliū hānibalis de apparatu belli. pugna
nauals gesta rome. Dūhec in italia

Capm. ix. inquo gr̃. gesta rome. et qualit̃ de
creta fuit. L. Sapioni puinaā gcia. pdi
gia rome. Profecto Lucij osi. ingnā. ge
sta in expugnatōe lamie et obsidione
Amphise. Cornelio scipione.

Capm. x. inquo gtiñ. aduēt gsulis īgcaā.
et in trāsit ad elespōtū apparat belli cuz
anthioco. gesta nauala plurib locis īgcia
Telespōto et capto classis rhodie Dūalat.

Capm. xj. inquo gr̃. gesta obsidione abi
dos et aduent classis romanoꝝ īgcaā et ge
sta nauala plib locis et expugnatio pha
roe urbis Dum hec.

Capm. xij. inquo gr̃. trāsit seleuci in regm
Asie et obsidio pgami. legatio anthi
oci frustra petēs pacē. auxiliū acheoꝝ.
et soluto obsidioīs Pgamoꝝ. Pidē tps.

Capm. xiij. īqo gr̃. pugna nauals gflict et fu
ga regie classis. Classis romana.

Capm. xiiij. īqo gr̃. societas prusie regis cū
romanis. trepidato anthioco. desceptio

Idem⁹ milites. pugē et victoria acilij

Liber vij⁹.

mionēsis pugna nauals. et cōflict regie
classis. His motum.

Capm. xv. īquo gr̃. ignara deliberato antiochi
cū despatōe belli. dispōno. oppugnatio faue
et tradito Lisimachie. Cliotrit.

Capm. xvj. īquo gr̃. trāsit romanoꝝ in asiā. le
gatō anthioco petētis pacē frustra cōbalega
ti tētamis cōrūpe Sapionē. et gnōsa trāsio
Sapioīs. redit regis in asiā et pseano gsulis
Galliopolites.

Capm. xvij. īqo gr̃. insult romaōꝝ intregē. pa
rato utriusq; partis ad bellū. dispōno acieiū
utriusq; et art. initiū pugne. resistēta cali
da romaōꝝ cōtra elefantes. Victoria ro ma
noꝝ et fuga anthioci. Cōsul postq̃.

Capm. x. inqo gr̃. legatio anthi. pacē petētis
oro legatoꝝ. trāsio Sapionis. cōditōes pacis.
reditus ad ly romā. et triūfus eius. adūsa
pugna in hispania. repulsa legatois ethe
loꝝ. Legato placētinoꝝ et armonēsiū
senatu. et cōcertatio tomitys rome. Antioc pa

Capm. xi. inqo gr̃. aduētus Cotte legati Sapio
nis cum legatis. et cuētus regis et rhodioꝝ
romā. Elegatis oro Eumenis insenatu. Cō
legati rodioꝝ. et gesta insenatu. haud mlto

Capm. xij. inquo gr̃. cōfirmato priuilegio anthi
oco. ampla remuneratio romaōꝝ ītonis. triūph
Emilij. triūphus Lucij Sapionis de anthioco ubi
fit mētio de bonoma ītonis. Post radioꝝ.

Capm. xiij. inqo gr̃. gesta in greaa et gesta in Rho
lia et legatio etholoꝝ romā missa. Cū in asia

Capm. xiiij. inquo gr̃. aduēt filius in gcaā descp
tio et oppugnatio Ambrachie urbis. et resistē
tia eiusū petitio pacis. et respōsio gsulis. dedi
tio ambrachie legōis etholoꝝ romā. et ge
sta rome supadictis. Jā. ch. filius.

Capm. xiiij. inquo gr̃. fedus ictū cū etolis. pfec
to manlij gsulis īgallograeā. Origo et ori
apamee urbis. aduēt gallo in gcaā. deiñ
in asiā et potētia ipoꝝ. Eadē ītō estate.

Capm. xv. inquo gtinetur exortano cōsulis
admitt. insult et fuga gallo deinte
gro pugna cū gallis. ubi. angui mos ipoꝝ
īpugna. Cum hoc hoste.

Capm. xvj. inqo gr̃. redintegrata pugna cuz

gallis. fuga ipor. expugnatio castror. mi
rabilis audacia captiue uxoris gallogreci
reguli. fraudulentus colloquiu gallogra
et ultimu exordiu tertii gnis hoim Subiugat.

Capm. vi. mq° gt. gesta rome trasit Valli
mœphalamia. rebellio samcor. et oppugnio
Same urbis. gesta in acaia. et aletano ache
oru et lacedemonior. Du hec in asia.

Capm. vij. mq° gt. gesta rome cu legatis ache
oru et lacedem. pfidia achcor in lacedemonis
ubi fit mtio delegis ligurgi. progatio cō
sulu. et redit eor in patrias. Dyaphenes sen.

Capm. viij. Inq° gt. gesta in asia. colloquiu an
anthioco sup ictu fedus. destructio nauiu
et traditio elefantor anthiochi. et ordinatio
regni p decem legator romanor. hiemes ca.

Capm. viiij. iq° gt. pax ai gallogras. redit
mali cōs. seuropa. Insidie et insultus tra
in romanu exercitu. trasit exercitus p macedo
nia in egiptu. Querela abrachi sibi. et pe
thlēta rome. his federib.

Capm. x. in q° gt. redit ex. mali gt. ad ur
be. petino et cōtento destructo ex Inq ponū
tur due elegati ordines ad sibi et tade cōes
sio ex triu phi pabi affiniu et aior. post cōsulu.

Capm. xi Inq° gt. accusatio et dilatio actator
Cornelij scipionis. magnifica ei indignio. cō
tras sua Scipionij gracchi sup damnatoe afri
cani. diua seuertas Catonis in ps africanu
exilu spontaneu et mor ei. Oppideinde.

Capm. xij. in q° gt. actio scipionis africani in
qua fit mtio de Ennio poeta. elegas ordinan
do sup defessione ei. damnatio ipius sapionis.
iudex et cōstas defessio gracchi. et decretu se
nat de ipa damnatoe. adhe ptore.

Capm. i. in° gt. sima nec collecto rei militaris.
q actas sit in liguria et in gallia cisalpina.
cōtento detrusto ab. filiu cōs. et decret ei tri
umphus. Ire tristus a manlij de gallogreis.
dum ipe rome.

Capm. ij. in quo gt. origo luxurie romanor et q
luxuria cōmitabat. Origo bacanaliu sacro
ru. deligef in gstino ipius scelesti sacr. Ad
uxurie peregrine.

Capm. iij. Inq° gt. de mentu senat sup bacha
nalib. deq ostitus de eode. accertato. et exter
minio bacchanaliu sanxer. damnatio puta
et supplicio mulier. de bacanalib. et remu
neratio indicu. Cessit at.

Capm. iiij. in q° gt. gesta in liguria. gesta in
hispania. gesta rome. primu ludus athle
tarum et uenatonum rome celebrat. aduen
gallor trasalpinor in Venetia. et primapo
stino oppidu aquilee. Et iam.

Capm. v. in quo gt. eade fere bella macedo
nia. sicele gror. de philippo insenatu. lega
tio phi ad senatu. cōsiliu legator romanor
ei gras et diffinitio cōsilij plegator roma
nor. Cum perseo.

Capm. vi. Inq° gt. gesta rome et Tapulia. atrox
pugna romanor cu hispanis depugnata
ubi claruit eximia uirtus Q. ptor. ge
sta in liguria et gesta rome supcōtentione
de cōsulatu. Rome nulla.

Capm. vij. in quo gt. redit legator de gna
et relatio ipor ad senatu. gesta in senatu cu
legatis phi. gesta in macedonia cu pho phe
cōsiliu gror et legator romanor ut ponunt
elegas ordo Achoie ptoris achaor. pneipio ami.

Capm. viij. in quo gt. gesta rome ubi ponunt
cōtentiones depthia et decretis ptor et cō
sulu laudes Catonis ptoris. triumphus ptor de
luxuriantis ac celebris. Judicia cōtra sup
puatoe. qui in obscenis fanis. Homo pho.

Capm. viiij. in q° gt. gesta in senatu cu demetrio
filio phi. et alis legatis grecie. accusatione et
excusatione gror in senatu. missa hinc mag
philopomenis magnu decus achaor. Mors
hannibalis. et opinio de morte africani
Sapionis. Prius pprouincias.

Capm. x. in q° gt. redit demetrius in macedo
nia. Indigniano et suspitione phi in deme
trium filiu. gesta rome et in venetia cu gal
lis trasalpinis. et discessus ipor de ita
lia. Prima mtio belli ystrici. mtio de
Boys atq Etrusis. prodigia supplicatio
nes. Du ca in pelopo. Liber. xo.

Capm. i. in quo gt. sortitio pretor. Maria pdigia
rome et aliis locis apparat phi adrebellio
nem. Crudelitas ei in liberos nobiliu.

audax fabius Theosone. machinatio per se in demetrii fratre. et lustrii ac mes lustrandi in macedonia. Incipio.

Capm. y. inquo gr. accusano perseo contra fratre apud phm. examinano phy. super ipam accatione demetriy. et absolvano demetriy. et interlocutio phy ad filios. Postero.

Capm. vj. Inquo gr. gesta rome. gesta in ligu rib. gesta in hispania. gesta in africa. prodigia rome. et pestilentia. gesta rome cu legatis regu asie. profectio phi in mocedonem hemu. et mors demetrij fraude perseij. Consules alb.

Capm. vij. Inquo gr. gesta emilij cos. in ligu ribus. gesta rome. pugna consulis cu ligu ribus. et victoria romanoy. Inuenio se pulsare numepompilij cu quib da libris et combusto dictatoris librorum auctoritate re natus. Diu hec in macedonia.

Capm. v. inquo gr. gesta in hispania citeriore. gesta rome. et interea gesta in ligu ribus. pugna fulvij flacci cu celtiberis Oppugnatio et dedito Contrebie reliquiis celtiberioy cu tota provincia. et ut aquileia fca e colonia. Hasdrubalis bellu.

Capm. vij. inquo gr. triumphus emilij cos. de ligurib. et pax data ipis. gesta in Corsica et sardinia. Restituto obsidu Carthaginensiu. Et pax ipoy cu massinissa. gesta rome. ordinario pncio. et extraordinario. pestilentia trienalis rome. vota et supplicationes pp.

Per eosdem.

Explicat tabula grte dece titulivj patavi historiographoy sumi.

BIBLIOTECA MEDICEA LAURENZIANA FIRENZE
203376